\+ Sub actu stris et ta post festi
Visitationis B. V. Mariae anno dni

Rzepki Kostrowi obligatio. 214

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter Com:
parens Nobilis Matthaeus olim Joannis Rzepny sanus mente et corpore exns
palam publice ac libere recognovit quia Nobili Josepho olim Leonardi Kostro et eius
posteris bonorum suorum immobillium in haereditate Rzepki sitt. in loco dicto Mian:
ka duodecem sulcos prati et sylvae a fluviolo ad campos inter metas Valenti:
ni Kostro et Alberti Rzepny item in alio loco duodecem sulcos protenden. ac
inter metas ut supra iacen. cum fundo prato sylvis et omnibus eorundem bono:
rum utilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis in decem
floren. polon. hinc usque ad exemptionem quatuor annis et sic consequenter usque
ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolutionem obligavit
inscripsit et intitulavit introm. illi exnunc realem cum actuali ac pacifica possone
per mtem Regni Gnem et Nles duos officii acceptandam dat et admittit. Pacemque
tuitionem evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento
iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per omne tem:
pus tenuitae eius cavet sub vadio simili aliorum decem floren. polon. et Coram
officio praesenti in primo statim pro termino peremptorio responsione. Nulla se exqui:
sita praemissa evadere volendo.

Niemyski obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscens. personaliter Compa:
rens Nobilis Stanislaus olim Nicolai Koc de Koce Chibowo sitt. Sanus mente
et corpore exns palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Bartho
lomaei Niemysky et ipsius successoribus Bonorum suorum immobillium in bonis et
haereditate Koce Basie sitt. in Campo septem sulcos, ab horreis Basiow ad Smug
seu lasek tenden. inter metas Nlium Georgij et Pauli Kocow iacen. cum pra:
to et omnibus utilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis
in octo sexagenis Polon. od god do god usque ad exemptionem et summae prae:
fatae integram et indivisam exolutionem obligavit inscripsit. Intromissionem illi
exnunc realem cum pacifica possone per mtem et Nles duos officii acceptando
dat et admittit. Submittendo se cum posteris suis memoratum tenutarium
suum et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico
quarumvis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenu:
tae eius toties quoties opus et necesse fuerit tueri, defendere evincere li:
berare, pacificare intercedere solusque evincare sub vadio simili a:
liorum octo sexagenarum polon. Et Coram officio Castrensi Drohiciensi in
primo statim in Termino peremptorio responsione. Omnibus in universum iuris
remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus
se et suos successores rite abscribendo et abrenunciando.

Kamiensky Demissio.

Coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. personaliter Com
parens Nobilis Martianus olim Stanislai Niminsky Sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Martino olim
Lucae Kamiensky obligationem terrae immobilli in bonis Vinino Lopie
sitt. olim Nobili Stanislao quondam Gregorij Niminsky parenti suo

9116

Nobiles Martinum et Jacobum quondam Joannis de Nimino lesne nomine suo
et Nobilis Stanislai olim Joannis fratris sui germani in summa decem sexage-
narum polon. Coram actis huius feria sexta post Festum Visitationis Gloriosae Vir-
ginis Mariae in Anno Millesimo sexcentesimo Vigesimo Tertio proxime transa-
cto inscriptam et super se recognoscens post olim parentem suum legitime devolutam
Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis parata in eorum possessione sub hinc eadem
ne ligamentis in Originali inscriptione contentis demittit. Omneque et integrum iu-
ris suum sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie et ex integro trans-
fert et transfundit. Introitum illi ex nunc acceptandum ac admittendo.

Eiusdem Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus personaliter Comparens
Nobilis Anna filia olim Mathiae Niminsky Consors Nobilis Thomae Tworkowsky
Cum eiusdem mariti sui ac tutoris coniugalis personali astatu et consensu praesentia-
neo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quod
Nobili Martino olim Lucae Kamiensky et ipsius posteris Bonorum suorum
in haereditate Nimino lesne sitorum in campo tres sulcos a via antiqua ad Ryba
tendentem, inter metas Stanislai Wyszkowsky et eiusdem Kamiensky iacentes. Cum
prato et omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis ex-
ceptis perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit ac irrevocabiliter re-
signavit. Cui iam ex nunc realem cum pacifica possessione per ministerialem et Actis
duos officiose acceptandam dat et admittit. Submittitque ac de bonis ge-
neraliter omnibus inscribit eam sua potentiaque praedictum donatarium suum suosque
eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico qua-
rumlibet personarum propinquarum et remotarum utriusque sexus status
et conditionis cuiusvis tueri defendere evincere eliberare pacificare inter-
cedere pacificare Solusque tam per se quam per quasvis submissas et sub-
ordinatas personas non inquietari sub damnis Tribus simpliciter taxa-
tis et edicendis Et Coram officio praesenti in primo Citandi iure termino
peremptorie sententiae pro damnis ac citando omnimodam satisfactione. Omni-
bus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dillationibus
verbi vel simplici infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum qui-
buscunque prosecutionibus praemissa evadendo imo his omnibus et aliis in universum
cunctis iuris remediis et defensis legalibus quoque impedimentis etiam
de iure concessibilibus se et suos successores obiciendo et abrenuncian-
do sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Malinowsky Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus persona-
liter Comparens Nobilis Stanislaus olim Lucae Jedelsky de Stryki
Sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobilem Joannem
olim Adami Malinowsky de solutione decem florenorum polon. debiti pro
interesse inscripti, ob satisfactionem sufficientem quietat eumque ab
[illegible] facit inscriptionem eiusmodi praeintentam sibi illius cassat perpetuo.